<sup>78</sup> Der letzte Teil der Freiburger Handschrift geht nach Bernolds Schrift wieder stark in Einzelsentenzen über. Zunächst folgt fol. 21<sup>v</sup>—22 eine kurze eucharistische Predigt: *Diximus fratres hoc dominum commendasse ... ut postea regnet in celo.* Dann setzen die Einzelsentenzen ein, die über die verschiedensten Gegenstände handeln. Das Incipit lautet: *Sanctus Augustinus super genesim ad litteram: Quoquo autem modo et qualeslibet aque super celos sint, eas esse ibi minime dubitemus.* Das Explicit steht auf der letzten Seite der Handschrift fol. 26<sup>v</sup>: *quia novit deus qui sunt eius sed alienigenarum.* Auf dem Vorblatt der Handschrift liest man von anderer Hand der Zeit noch einige Briefe Ivos von Chartres: *Ivo huius carnotensis ecclesie minister ... Quam crebris luporum ... studeatis. Vale* (ep. 102; PL 162, 120D ff.) *Ivo huius carnotensis ecclesie minister ... De tribulatione premunite. Valet* (ep. 105; PL 162, 123—124) *Ivo ... W. parisiensi archiepiscopo(!) a zelo iusticie ...* (ep. 122; PL 162, 135). — Eine ganz ähnliche Methode einen sonst zusammenhängenden Traktat in Einzelsentenzen durch Abschnitte und Rubrumüberschriften äußerlich zu einer Sentenzensammlung zu machen, wie wir es hier mit Bernolds Werk in Freiburg sehen, konnte ich für den sogenannten Anselmbrief über die Eucharistie in den Ps. Alger-Sentenzen feststellen. Vgl. meine Arbeit: Das Schrifttum der Schule Anselms von Laon und Wilhelms von Champeaux in deutschen Bibliotheken, S. 190 ff.

spricht; die Sprachweise des ersten Teiles entspricht ferner ganz der des zweiten; in beiden sind auch die gleichen Quellen, vor allem Lanfrank und auch Guitmund, benutzt. Die Art der Benutzung ist ebenfalls ganz die Bernolds, der in ähnlicher Weise auch in den anderen Werken wie z. B. in seiner Chronik arbeitete. Auf den Geschichtsschreiber Bernold verweist die genaue zeitliche Folge des im ersten Teil geführten Väterbeweises. Somit kann man mit historischer Sicherheit zusammen mit der nun auch vorhandenen äußeren Bezeugung in den Handschriften von Wien, Freiburg, Stuttgart und Bamberg davon sprechen, daß wir hier das verlorene Gesamtwerk Bernolds vor uns haben. Auch seinen Titel erfahren wir aus diesen Handschriften. Hier lautet ja das Rubrum: *Item de veritate corporis et sanguinis domini*<sup>79</sup>. Bernold hat also seinen Traktat ähnlich wie seine beiden Hauptquellen genannt: *Libri de corporis et sanguinis Christi veritate* nennt z. B. Guitmund sein Werk.


Für die Zuteilung des Gesamttraktates an Bernold spricht es endlich erneut, daß neben der oben schon eingehend beschriebenen Wiener Handschrift auch die beiden Bamberger Überlieferungen unmittelbar vorausgehend oder folgende Werke Bernolds bringen. In Lit. 140 folgt fol. 81<sup>v</sup>—104<sup>v</sup> sein *Micrologus*; in Patr. 30 steht vorher fol. 114—121 der *Tractatus de vitanda excommunicatorum communione*. Textlich gehören diese beiden Bamberger Handschriften eng mit der Wiener Überlieferung zusammen. Die Übereinstimmung geht bis zu den einzelnen Schreibfehlern, wie der Apparat der folgenden Edition zeigen wird. Ich verweise z. B. darauf, daß in allen drei Handschriften Berengar als Diakon von St. Martin statt St. Mauritius bezeichnet wird. Außerlich ist diese Ähnlichkeit auch dadurch angezeigt, daß in allen drei Überlieferungen das gleiche Dekret Paschalis' II folgt<sup>80</sup>. Eine direkte Abhängigkeit besteht nach Ausweis der Varianten, die neben aller Ähnlichkeit teilweise in den drei Handschriften auch wieder verschieden sind, nicht. Man wird auf eine gemeinsame Urquelle zurückzugehen haben. Es hängen aber die Wiener Überlieferung (W) und Bamberg, Patr. 30 (P) enger zusammen, so daß man für die Gruppe dieser drei Handschriften wohl die folgende Entwicklung aufstellen kann. Von einer Abschrift des Originals zweigte sich zunächst die Handschrift ab, auf die

<sup>79</sup> fol. 17<sup>v</sup>. — Dieser Ausdruck wird in beiden Teilen der Schrift öfter angewandt: ein weiteres Zeichen, daß sie eine Einheit bilden.

<sup>80</sup> Vgl. H. Weisweiler: *Das Schrifttum ...* 385.

die ganze Gruppe zurückgeht (X). Von ihr ging bald eine Linie ab, der Bamberg, Lit. 140 (B) entstammt. Eine andere Abzweigung von X brachte Wien (W) und Bamberg, Patr. 30 (P).

Der Freiburger Text ist von dieser Gruppe, ebenso wie die Handschrift von St. Claude unabhängig. Beide gehen aber unmittelbarer auf das Original zurück. Das zeigt z. B. die richtige Bezeichnung der Diakonatsstelle Berengars: sancti Mauricii andegavensis. Doch haben auch diese beiden Handschriften bereits Schreibfehler. Da beide aber untereinander unabhängig vom Original abstammen, läßt sich beim zweiten Teil des Werkes, für das alle drei Überlieferungslinien vorliegen, leicht der ursprüngliche Originaltext herstellen, da man durch die Übereinstimmung zweier Linien gut die Fehler der dritten herausmerkt. Schwieriger ist das beim ersten Teil, wo uns der Text von St. Claude nicht mehr zur Verfügung steht. Hier ist von Fall zu Fall zu entscheiden, ob dem Freiburger Text (F) oder der gemeinsamen Quelle (X) der Seitenüberlieferung von Wien (W) und Bamberg (B, P) der Vorzug gebührt. Aber auch hier liegt dafür ein objektiver Maßstab vor. Zunächst lehrt der zweite Teil des Werkes, wie F und X (= WBP) gearbeitet haben. Das gibt Winke für den ersten Teil. Dann kennen wir ja auch die Quelle Bernolds für diesen ersten Teil in Lanfranks Schrift. Was sich ihr also an Lesarten nähert, wird selbstverständlich original sein, da ein Grund für eine nachträgliche Verbesserung an Hand des Werkes Lanfranks nicht vorliegt, weil alle Überlieferungen Ähnlichkeiten mit ihm aufweisen. Ich habe im Apparat der Edition daher bei allen wesentlichen Varianten auch die Lesart Lanfranks zur Nachkontrolle in Klammern unter dem Sigel L beigefügt. Das Schema der Überlieferungen ist also das folgende:



Somit ist auch die Grundlage einer textkritischen Edition gegeben, da mir nun die vier von mir gefundenen Handschriften des Gesamttraktates und eine fünfte für den zweiten Teil zur Verfügung stehen. Eine textkritische Edition ist vor allem deshalb von nöten, weil der verbreitete Druck des zweiten Teiles nach Ausweis der neuen Handschriften manche Schreibfehler enthält, ganz abgesehen davon, daß die Ausgabe von Chiffletius wie auch von Ussermann nur schwer zugänglich sind. Der Druck bei Migne aber ist sehr schlecht und hat zu den Fehlern der Handschrift von St. Claude und den neuen Druckfehlern, die Ussermann beim Abdruck aus Chiffletius bereits hinzufügte, noch eine Anzahl weiterer gebracht. Auch Rieberer hat nicht sehr sauber gearbeitet, wie ein Vergleich seiner Edition mit dem Wiener Original zeigte<sup>81</sup>.

Wie notwendig eine textkritische Edition ist, sei zum Schluß an einem interessanten Beispiel gezeigt. Bei A. J. Macdonald, *Berengar and the Reform of Sacramental Doctrine*, London 1930, findet sich auf S. 185 die Angabe, daß Bernold das Datum der Synode unter Gregor falsch in das Jahr 1089 setze, obschon Gregor bereits 1085 gestorben sei. In Wirklichkeit handelt es sich nur um einen Druckfehler bei Migne, da alle Handschriften deutlich 1079 lesen. So wird die Edition nicht nur eine der wichtigsten Schriften zum Berengarstreit im Gesamtwortlaut textkritisch zugänglich machen, sondern uns auch Bernold selbst genauer in seiner Arbeitsmethode und seinem Kampf um die Kirche zeigen.

\* \* \*

F: Freiburg, Universitätsbibliothek, Cod. 371, fol. 17<sup>v</sup>—21<sup>v</sup>.

W: Wien, Nationalbibliothek, Cod. 1705, fol. 25<sup>v</sup>—32.

C: St. Claude (nach dem Urdruck bei Chiffletius).

B: Bamberg, Staatliche Bibliothek, Cod. Lit. 140 (Ed. II. 16), fol. 75—81.

P: Bamberg, Staatliche Bibliothek, Cod. Patr. 30 (B. III. 25), fol. 121—125.

X: gemeinsame Gruppe BPW.

L: Lanfrank, *Liber de corpore et sanguine domini* (Nach der Erstausgabe Basel 1528 und einer Reihe von Handschriften ist dabei der schlechte Text bei Migne PL 150 verbessert).

<sup>81</sup> Rieberer ist daher für die Edition nicht benutzt worden, sondern nur seine ursprüngliche Quelle in Wien.

## De veritate corporis et sanguinis domini.

Beatus Hylarius pictaviensis episcopus in octavo libro de sancta trinitate ita ratiocinatur de veritate corporis et sanguinis domini: Non est, inquit, humano aut seculi sensu in dei rebus loquendum neque per violentiam atque impudentem predicationem celestium dictorum a sanitate aliene atque impie intelligentie extorquenda est perversitas. Que scripta sunt, legamus, et que legerimus, intelligamus et tum perfecte fidei officio fungemur. De naturali in nobis Christi veritate, que dicimus, nisi ab eo didicimus, stulte atque impie dicemus. Ipse enim ait: *Caro mea vere est esca et sanguis meus vere est potus. Qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo.* De veritate carnis et sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim et ipsius domini professione et fide nostra vere est caro et vere est sanguis; et hec accepta atque hausta id efficiunt, ut et nos in Christo et Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui Christum Jesum verum deum esse negant.

Beatus Ambrosius discernens sacramenta Iudeorum et christianorum in sermone de mysteriis ad neophitos itidem de veritate corporis et sanguinis domini sensit et credidit. Considera, inquit, nunc utrum prestantior sit panis angelorum an caro Christi, que utique est corpus vite. Manna illud e celo, hoc supra celum; illud celi, hoc domini celorum; illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum a corruptione, quod quicumque religiosus gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit; tibi sanguis e Christo. Illos ad horam saciavit aqua; te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit; tu cum biberis, sitire non poteris. Et illud in umbra; hoc in

1-18 S. Hilarius, De sancta Trinitate, libr. 8 n. 14; PL 10,247A—B  
— Cf. Guitmundus de Aversa, Libri tres de corporis et sanguinis Christi veritate in eucharistia, libr. 3; PL 149,1475A—B 19-pag. 84, 4 Cf. Lanfrancus, Liber de corpore et sanguine domini adversus Berengarium, cap. 18; PL 150, 430D—433B 22- pag. 81,2 S. Ambrosius, De mysteriis, cap. 8 n. 48 s.; PL 16, 404C—405A.

*Superscriptio om.* WC; domini: Christi B; De corpore domini P 1-pag. 84, 23 *om.* P 1-pag. 88, 15 *om.* C 2 ratiocinatur: rationatur F 3 sanguinis: Christi *add.* W domini: Jesu Christi B 7 tum: tunc F; tu W 8 fungemur: fugemur W 9 que: qua W dicimus: diximus B 14 fide: fides W 19 Beatus: Item beatus F 22 Considera: Considerate X (Considera L) 23 vite: Et *add.* W 28 e: est a B 30 biberis: bibis B

veritate. Si illud quod miraris, umbra est, quantum istud  
 cuius et umbram miraris? Et paulo post: Cognovisti pre-  
 stantiora. Pocior est lux quam umbra, veritas quam figura,  
 corpus auctoris quam manna de celo. Forte dicas: Aliud  
 5 video. Quomodo tu mihi asseris, quod corpus Christi acci-  
 piam? Et hoc superest adhuc nobis, ut probemus. Quantis  
 igitur utimur exemplis! Probemus non hoc esse, quod na-  
 tura formavit sed quod benedictio consecravit maioremque  
 vim esse benedictionis quam nature, quia benedictione etiam  
 10 natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam et  
 facta est serpens; rursus prendit caudam serpentis et in  
 virge naturam revertitur. Vides igitur prophetica gratia bis  
 mutatam esse naturam serpentis et virge. Currebant Egypti  
 flumina puro aquarum meatu, subito de fontium venis  
 15 sanguis cepit erumpere, non erat potus in fluviis. Rursus  
 ad prophete voces cruor cessavit fluminum, aquarum natura  
 remeavit. Et post pauca: Advertimus igitur maioris esse gra-  
 tiam quam naturam et adhuc tamen prophetice benedictio-  
 nis numeramus gratiam. Quod si tantum valuit humana be-  
 20 nedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa con-  
 secratione divina, ubi ipsa verba domini salvatoris operan-  
 tur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone  
 conficitur. Quod si tantum valuit sermo Helye, ut ignem  
 de celo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species mu-  
 25 tet elementorum? De tocius mundi operibus legisti: *Quia*  
*ipse dixit et facta sunt; mandavit et creatum est.* Sermo  
 igitur Christi, qui potuit ex nichilo facere, quod non erat,  
 non potest ea, que sunt, in id mutare quod non erant? Non  
 enim minus est novas rebus dare quam mutare naturas.  
 30 Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis incar-  
 nationisque astruamus mysterii veritatem. Numquid nature  
 usus precessit, cum dominus Jesus ex Maria nasceretur?  
 Si ordinem querimus, viro mixta femina generare consuevit.  
 Liquet igitur, quod preter nature ordinem virgo generavit;  
 35 et hoc, quod conficimus corpus, ex virgine est. Quid hic  
 queris nature ordinem in Christi corpore, cum preter natu-  
 ram sit ipse dominus Jesus partus ex virgine?

2-17 Ibid. cap. 5 n. 45; cap. 9 n. 50 s.; PL 16, 405A—406A 17-37  
 Ibid. cap. 9 n. 52 s.; PL 16, 406B—407A

1 umbra: et *add.* B 5 mihi: tibi X (mihi L) 6 nobis:  
 vobis F (nobis L) ut *om.* F (ut L) 7 exemplis: ut *add.* B  
 9 vim: veri W 10 Moyses: et *add.* B 11 prendit: predit F;  
 prehendit W; apprehendit B (prendit L) 12 bis: his F 29 re-  
 bus: res FX (rebus L) 30 quid: quod F; quo X Suis: Si vis W  
 31 mysterii: misteriis X (mysterii L)



Item in quarto libro de sacramentis: Tu forte dicis: Meus panis est usitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum. Ubi accesserit consecratio, de pane fit corpus Christi. Et paulo post: Celum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem David: *Ipsē dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt.* Ergo ut tibi respondeam: Non erat corpus Christi ante consecrationem; sed post consecrationem dico tibi, quia iam est corpus Christi. *Ipsē dixit et facta sunt; ipse mandavit et creatum est.* Et post aliqua: Antequam consecretur, panis est; ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem: *Accipite et edite ex eo omnes. Hoc est enim corpus meum.* Et ante verba Christi calix est vini et aque plenus; ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere. Deinde ipse dominus Jesus testificatur nobis, quod corpus suum et sanguinem accipiamus. Numquid debemus de eius fide et testificatione dubitare?

Item in sexto de sacramentis: Sicut verus est dei filius dominus noster Jesus Christus non quemadmodum homines per gratiam sed quasi filius ex substantia patris, ita vera eius caro est, sicut ipse dixit, quam accipimus, et verus eius sanguis est, quem potamus. Sed forte dicis, quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: *Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non manebit in me nec habebit vitam eternam;* forte dicas: Quomodo vera? Qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur, ut possit mutare et convertere genera instituta nature. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius audientes, quod carnem suam daret manducandum et sanguinem suum daret bibendum, recedebant. Solus

1-4 S. Ambrosius, De sacramentis, libr. 4 cap. 4 n. 14; PL 16, 439B-440A 4-10 Ibid. n. 15 s.; PL 16, 441A 10-19 Ibid. cap. 5 n. 23; PL 16, 444A-B 20-pag. 83, 11 Ibid., libr. 6 cap. 1 n. 1-4; PL 16, 453C-455B

1 quarto: tercio X (quarto L) 2 est<sup>1</sup> om. X (est L) 3 accesserit: accescit B 9/10 creatum est: creata sunt F (factum est ... creatum est L) 10 aliqua: pauca F (aliqua L) consecratur: consecraretur F (consecratur L) 11 accesserint: accesserunt X 12 edite: comedite X (edite L) eo: hoc X (eo L) 13 et om. F 27 vitam: vita W 31 ubi om. FX (ubi L) 32/33 manducandum ... bibendum: manducare ... bibere X (manducandum ... bibendum L)

autem Petrus dixit: *Verba vite eterne habes* et ego a te quo  
 recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset  
 horror cruoris sed maneret gratia redemptionis, ideo in  
 similitudine quidem accipis sacramentum sed vere nature  
 5 gratiam virtutemque consequeris: *Ego sum*, inquit, *panis vi-*  
*vus, qui de celo descendit*. Sed caro non descendit de celo,  
 hoc est, carnem assumpsit in terris ex virgine. Quomodo  
 ergo descendit panis e celo et panis vivus? Quia idem do-  
 minus noster Jesus Christus consors est divinitatis et cor-  
 10 poris. Et tu qui accipis carnem, divine eius substantie in illo  
 participaris alimento. — Item in epistola ad Erennium:  
 Queris a me, cur dominus deus manna pluerit populo pa-  
 trum et nunc non pluat. Si cognoscis, pluit et cottidie pluit  
 de celo manna servientibus sibi. Et corporeum quidem illud  
 15 manna hodie plerisque in locis invenitur; sed nunc non est  
 tanti res miraculi, quia venit, quod perfectum est. Perfectum  
 autem panis de celo corpus ex virgine est, de quo evange-  
 lium satis te docet. Quanto hec prestantiora superioribus.

Beatus Augustinus in omelia secunda psalmi tricesimi  
 20 tercii: Accesserunt, inquit, Iudei ad Christum, ut crucifige-  
 rent; nos ad eum accedamus, ut corpus et sanguinem eius  
 accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos mandu-  
 cando crucifixum et bibendo illuminamur. Et post aliqua:  
 Vere magnus dominus et magna misericordia eius vere, qui  
 25 nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpressus  
 est, et sanguinem bibere. — Item in omelia psalmi quadra-  
 gesimi quinti ad Iudeos loquens: In illius nomine, quem  
 occidistis, baptizamini et dimittuntur vobis peccata vestra.  
 Medicum vel postea cognovistis, iam securi bibite sanguinem,  
 30 quem fudistis. — Item in omelia psalmi sexagesimi quinti:  
 Modo homicidis donatus est et fusus sanguis innocentis et  
 ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam  
 biberunt. — Item in omelia psalmi nonagesimi octavi: Sus-

12-18 S. Ambrosius, Epist. 64, 1 ad Irenaeum; PL 16, 1219B—C  
 19-23 S. Augustinus, Enarrat. in Psalm. 33, sermo 2 n. 10; PL 36,  
 313 24-26 Ibid. n. 25; PL 36, 321 27-30 S. Augustinus, Enar-  
 rat. in Psalm. 45 n. 4; PL 36, 517 31-33 S. Augustinus, Enarrat.  
 in Psalm. 65 n. 5; PL 36, 791 35-pag. 84, 4 S. Augustinus,  
 Enarrat. in Psalm. 98 n. 9; PL 37, 1264

1 quo om. F 4 similitudine: similitudinem X (similitudine L)  
 7 e: de W 11 alimento: elemento X (alimento L) 12 pluerit:  
 plueret F 18 te om. X (te L) 23 aliqua: pauca F (aliqua L)  
 25 perpressus: passus W 29 securi: secuti X (securi L) 30 et  
 fusus: effusus X (et fusus L)

cepit Christus de terra terram, quia caro de terra est et de carne Marie carnem accepit et quia in ipsa carne hic ambulavit et ipsam carnem nobis ad manducandum ad salutem dedit. — Item in omelia undecima super Iohannem: In populo Iudeorum figuratus est populos christianorum. Ibi figura, hic veritas; ibi umbra, hic corpus. — Item in omelia tricesima prima: At illi viderunt Christum suo scelere morientem et crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem. Quousque biberent sanguinem, quem fuderant, de salute sua desperaverant. — Item in quadragesima: Qui sevientes occiderunt, invitati crediderunt, et quem sanguinem seviendo fuderunt, credendo biberunt. — Item in sermone ad neophitos: Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce, et hoc accipite in calice, quod effusum est de latere Christi. Erit enim illi mors non vita, qui mendacem putaverit vitam. — Item in quarto de sancta trinitate: Apud eum paucissimi remanserunt agnoscentibus gentibus et pia humilitate bibentibus precium suum eiusque fiducia deserentibus hostem suum. Et post pauca: Quid tam mundum pro mundandis viciis mortalium quam sine ulla contagione carnalis concupiscentie caro nata in utero et ex utero virginali? Et quid tam grate offeri et suscipi posset quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri?

Sancta et universalis synodus ephesina una ex quatuor

4-23 Cf. Lanfrancus, Liber de corpore et sanguine domini adversus Berengarium, cap. 19; PL 150, 434C—D 4-6 S. Augustinus, In Evangelium Johannis tract. 11 n. 9; PL 35, 1479 7-10 S. Augustinus, In Evangelium Johannis tract. 31 n. 9; PL 35, 1640 10-12 S. Augustinus, In Evangelium Johannis tract. 40 n. 2; PL 35, 1686 13-15 Cf. Lanfrancus, l. c. 434D 16-19 S. Augustinus, De trinitate, libr. 4 cap. 13 n. 18; PL 42, 900 19-23 Ibid. cap. 14 n. 19; PL 42, 901 24-pag. 85, 23 Cf. Lanfrancus, Liber de corpore et sanguine domini adversus Berengarium, cap. 17; PL 150, 428B—D 24-pag. 85, 2 Cf. Bernaldi libellus de vitanda excommunicatorum communione; edit. E. Dümmler in Mon. Germ. hist., Libelli de lite III, 600 de concilio nicaeno: quod beatus Gregorius papa in synodica sua et evangelio comparat et omnes ab eo dissentientes anathematizat. — Cf. etiam Bernaldus, Apologeticus n. 2: edit. E. Dümmler, l. c. II, 62.

19 mundandis: mundanis F 22 nostri: et add. B 23 nostri: Item et (et om. B) Augustinus contra quinque hereses: Quid agitis Iudei, qui occidistis filium dei? Sevistis, occidistis, sanguinem Christi fudistis; in periculo estis, filio dei increduli fuistis. Quid nunc facere (faceritis W) [habetis] nisi ut convertentes (convertentes W) sive credentes baptizemini et bibatis sanguinem, quem fudistis? Non est quod horreatis; fusus est sanguis medici et factus est medicamentum frenetici. Quid dubitatis? Gustate et videte quam (quomodo B) suavis est dominus add. X 24 Hic incipit P

conciliis, que sanctus Gregorius in synodica sua et evangelii comparat et omnes ab illis dissentientes anathematizat, illa, inquam, synodus nos in dominica cena ipsam carnem ipsius verbi dei propriam factam percipere asserit, que et  
 5 in cruce pro totius mundi salute pependit. Ait enim: Ad benedictiones mysticas accedimus et sanctificamur participes sancti corporis et preciosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; non ut communem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati et verbo coniuncti secundum dignitatis unitatem aut sicut divinam possidentis habitationem sed vere vivificatricem et ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut deus existens, quia proprie carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos: *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus, sed ut vere propriam eius factam, qui propter nos filius hominis et factus est et vocatus. Et circa finem concilii: Si quis non confitetur carnem domini vivificatricem esse et  
 20 propriam ipsius verbi dei patris sed velut alterius preter ipsum coniuncti eidem per dignitatem aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius vivificatricem esse, quia propria facta est verbi vivificare valentis, anathema sit.

Sanctus Leo papa magnus, cuius auctoritate congregatum et confirmatum est secundum calcedonense concilium, in sermone de ieiunio septimi mensis: Hanc, inquit, confessionem, dilectissimi, toto corde promentes, impia hereticorum commenta respuite, ut ieiunia vestra et elemosine nullius erroris contagio polluantur. Tunc enim et sacrificii munda  
 30 est oblatio et misericordie sancta largitio, quando hi qui ista dependunt, quod operantur, intelligunt. Nam dicente domino: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et bibe-*

1-2 S. Gregorius M., Epist. I, ep. 25; PL 77, 478A 5-18 S. Cyrillus Alexandrinus, Epistola synodica ad Nestorium; edit. E. Schwartz, Acta Conciliorum oeconomicorum I 3, 31 19-24 Ibidem, anathematismus 12; edit. Schwartz, I. c., 35 24-pag. 86, 5 Cf. Lanfrancus, Liber de corpore et sanguine Domini, cap. 19; PL 150, 434D-435A 26-pag. 86, 5 S. Leo, Sermo 91 cap. 3; PL 54, 452A-B

5 Ait: Agit W 10 possidentis: possidentes WP 12 Vita: Vitam X (Vita L) 13 unitus: unius B esse om. X (esse L) 16 nobis: vobis W 19 domini: dei F (domini L) 23 est om. B sit: est X (sit L) 26 septimi (VII): VIII F 29 erroris om. X (erroris L) 30 largitio: largio F 31 ista: festa B

*ritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, sic sacre mense communicare debetis, ut nichil prorsus de veritate corporis Christi et sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, et frustra ab illis amen respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, disputatur. — Item in sermone de passione domini: Fudit sanguinem iustum, qui reconciliando mundo et premium et poculum esset. — Item in epistola ad Constantinopolitanos: Hoc in ecclesia dei omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium lingua veritas dominici corporis inter communionis sacramenta taceatur, quia in illa mystica distributione spiritalis alimonie hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem celestis cibi in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. — Item in epistola ad Anatholium episcopum constantinopolitanum: Aliter in ecclesia dei, que est corpus Christi, nec rata sunt sacerdotia nec vera sacrificia nisi in nostre proprietate nature verus nos pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in patris dextera sit constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur.*

Sanctus Gregorius papa in moralibus: *Terra, inquit, ne operias sanguinem meum neque inveniatur locum in te latendi clamor meus.* Peccanti homini dictum est: *Terra es et in terram ibis*, que scilicet terra redemptoris nostri sanguinem non abscondit, quia unusquisque peccator redemptionis sue precium sumens confitetur ac laudat, et quibus valet, proximis innotescit. Et post pauca: Ipse sanguis redemptionis, qui sumitur, clamor redemptoris nostri est. — Item in libro dialogorum: Ad altare Christi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non iam in manus in-

6-7 S. Leo, Sermo 62 cap. 3; PL 54, 351B. — Cf. Lanfrancus, l. c. 435B 8-14 S. Leo, Epist. 59 cap. 2; PL 54, 868B. — Cf. Anselmus Lucensis, Collectio Canonum, libr. 9 cap. 6; edit. Fr. Thaner 461; Gratianus, Decretum c. 38 D. II de cons.; edit. Friedberg I 1327 15-20 S. Leo, Epist. 80 cap. 2; PL 54, 914A—B. — Cf. Lanfrancus, l. c. 435A—B 21-27 Gregorius M., Moralia, libr. 13 cap. 23; PL 75, 1029A 27-28 Ibid.; PL 75, 1029A—B 29-pag. 87, 1 S. Gregorius M., Liber dialog., libr. 4 cap. 58; PL 77, 425D — Guitmundus de Aversa, Libri tres de corporis et sanguinis Christi veritate in eucharistia, libr. 3; PL 149, 1474A

1 habebitis *om.* W 2 mense: misericordie W 8 ecclesia: epistola B 9 ab: de X 12 hoc sumitur: ho sumitur W 13 ipsius: in ipsius P 15 dei *om.* B 16 vera: sunt *add.* WB in: dei *add.* B 20 sacramentum: sacramenta X (sacramentum L) 21 papa *om.* F moralibus: mortalibus W 22 meum *om.* F 24 terram: terra P 26 valet: verbis *add. superscriptum* B

fideliū sed in ora fideliū funditur. — Item in omelia paschali: Quis, inquit, agni sanguis sit, non iam audiendo sed bibendo didicistis. Qui sanguis in utroque poste ponitur, quando non solum ore corporis sed etiam ore cordis hauritur.

5 In utroque enim poste sanguis ponitur, quando sacramentum passionis illius, cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitur.

Origenes quoque iuxta Ieronimum post apostolos doctor ecclesiarum, etsi in quibusdam aliis erraverit, in hac tamen  
10 causa fidem catholicam cum sanctis patribus fidelissime tenuit iuxta quod ipse in quodam suo sermone de manna legitur asseruisse. Ait enim: Vocare solemus quedam sacramenta tantum eo quod in natura sui permanentia sacri aliquid nobis innuunt; quedam vero virtute eius, qui *omnia*  
15 *fecit ex nichilo*, a sui natura permutata significant nobis idem quod sunt. Verbi gratia: Aqua baptismatis mortem Christi significat non quod inter consecrandum desinat esse aqua et in aliam transeat substantiam, sed quia dignius quid ex ipsa consecratione fiat. Panis autem, qui in mensa  
20 dominica ponitur, inter consecrandum, substantia panis amissa, virtute spiritus sancti transit in substantiam carnis domini. Quamvis enim propter sumentium necessitatem panis retineat qualitatem, eius tamen retinere substantiam sana fides non habet.

25 Eusebius emisenus doctor egregius et beatus Ysidorus eisdem pene verbis de veritate dominici corporis eandem fidem se habere testantur. Vere, inquiunt, unica et perfecta hostia fide estimanda non specie neque exteriori censenda visu sed interiori affectu. Unde celestis auctoritas confirmat,  
30 quia *caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus*. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem

---

1-7 S. Gregorius M., Homil. in Evangelia, libr. 2 hom. 22 n. 7; PL 76, 1178A—B. — Cf. Guitmundus de Aversa, l. c. 1473D — Lanfrancus, l. c. 435B—C; 437D 8 Cf. S. Hieronymus, De nominibus Hebr., praefatio; PL 23, 772A 12-24 Ps. Origenes 29-pag. 88, 9 Faustus Rejiensis, De corpore et sanguine Christi; PL 30, 272A—B; PL 78, 1052D—1053A. — Non solum falso Eusebio adscriptus est textus sed etiam pluribus in codicibus S. Isidoro. Cf. Faustinus Arevalus S. J., Isidoriana, pars 2 cap. 72 n. 28; PL 81, 490D—491A

---

8 Origenes: Origenis FBP; Orienis W 11/12 legitur: lagitur W  
12 Ait: Agit W 13 tantum *om.* F 15 fecit: facit W 19  
autem: aut W 22 propter *om.* B 28 estimanda: est *add.*  
*superscriptum* B 29 visu: usu B

qui auctor est muneris, ipse est etiam testis veritatis. Nam invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate convertit dicens: *Accipite et comedite; hoc est corpus meum; et sanctificatione repetita: Accipite et bibite; hic est sanguis meus.* Ergo ut ad nutum precipientis dei repente ex nichilo extiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, pari potentia in spiritalibus sacramentis verbi precepit virtus et rei servit effectus.

Hanc fidem sancti patres nostri de veritate corporis domini ab antiquis temporibus semper habuerunt, quam non ex se sed ex ipsius veritatis attestazione se concepisse professi sunt, qui et huius fidei violatores iudicio universalis synodi sub terribili anathemate dampnaverunt. Sed tam execrabile anathema totque auctoritates tamquam indubitabiles Beringerius andegavensis diabolica presumptione contempnens heresim sui nominis condidit et veritatem dominici corporis et sanguinis contra evangelicam veritatem abnegare presumpsit, videlicet asserens panem et vinum in sacrificio domini non vere nec essentialiter sed figurate tantum converti in corpus et sanguinem dominicum. Quod evangelice veritati et catholice fidei apertissime adversatur, ut sancti patres docuerunt.

Quapropter sanctus Leo papa nonus eandem heresim suo tempore ad apostolicam sedem per litteras ipsius Beringerii delatam generalis synodi iudicio diligentissime ventilavit et ventilatam synodali iudicio dampnavit. Ipsum quoque Beringerium communionem ecclesie privavit, quam ipse dominici corporis et sanguinis communionem suis assertionibus voluit privare. Deinde ipsum ad proximam tunc synodum in proximo septembri ab eo Vircellis celebrandam vocavit audiendum. Ad hanc synodum non ipse Beringerius sed

19-21 Cf. Bernaldus, Chronicon ad annum 1095: Haeresis beringeriana ... iterum damnata est et sententia catholicae fidei contra eandem firmata videlicet quod panis et vinum, cum in altari consecrantur, non solum figurate sed etiam vere et essentialiter in corpus et sanguinem domini convertantur (MGH, SS V, 462, 38-42) 23-pag. 89, 38 Cf. Lanfrancus, l. c., cap. 4-5; PL 150 413A-415C

1 muneris: numeris W; correctum in P 6 ut om. FX 8 spiritalibus: separabilis W 9 rei: regi W effectus: eventus F 12 ipsius: ipsis W 15 anathema ... indubitabiles om. B 15/16 Beringerius: Hic incipit C 16 diabolica presumptione contempnens om. C 18 presumpsit: presumit W 24 generalis: generali WC diligentissime: diligentius C 31 hanc: ergo add. F

quidam eius fautores pervenerunt, qui se legatos eius esse  
asserentes eumque defendere volentes, in primo aditu de-  
fecerunt. Dominus autem apostolicus iterum synodali iudicio  
sententiam Beringerii et librum Iohannis Scotti de corpore  
5 domini sub anathemate dampnavit et fidem, quam omnes  
catholici de veritate corporis et sanguinis domini hactenus  
habuerunt et adhuc habent, confirmavit. His utrisque sy-  
nodis dominus Lanfrancus, non multo post Anglorum archi-  
episcopus, scribens contra Beringerium se interfuisse fatetur;  
10 in quarum priore de beringeriana heresi se infamatum et  
expurgatum sed in utrisque eiusdem hereseos dampnationi  
cum omnibus catholicis se assensisse testatur.

Victor quoque papa et in sede et in auctoritate successor  
sancti Leonis pape misso legato in Gallias venerabili in-  
quam Hildebrando tunc archidiacono sed nostri temporis  
15 apostolico generalem synodum Turonis congregavit, in qua  
ipse Beringerius accepta optione defendendi se, cum se pe-  
nitus defendere non posset, sub iureiurando propriam he-  
resim anathematizavit et communem sancte ecclesie fidem  
20 de veritate corporis et sanguinis domini se deinceps serva-  
turum sub eodem iuramento promisit, licet postea ad ean-  
dem heresim redierit.

Nicolaus autem papa eidem Beringerio Rome in generali  
synodo audientiam concessit causamque eius cum centum  
25 tredecim episcopis synodali diligentia ventilavit. Sed ille  
iterum cum sectam suam defendere non valeret, tandem  
quasi correctus libros proprie hereseos in conspectu domni  
apostolici et tocius synodi manu propria concremavit et  
errore abnegato catholicam professionem, quam in turonensi  
30 concilio fecerat, sub iureiurando iterum renovavit ita pronun-  
tians:

„Ego Beringerius indignus diaconus ecclesie sancti Mau-  
ricii andegavensis cognoscens veram catholicam et aposto-  
licam fidem anathematizo omnem heresim precipue illam, de  
35 qua hactenus infamatus sum, que astruere conatur panem  
et vinum, que in altari ponuntur, post consecrationem so-  
lummmodo sacramentum et non verum corpus et sanguinem  
domini nostri Jesu Christi esse nec posse sensualiter nisi in  
solo sacramento manibus sacerdotum tractari vel frangi aut  
40 fidelium dentibus atteri. Consentio autem sancte romane et

1 esse *om.* F    2 aditu: auditu WB    8 Anglorum: Angelo-  
rum P    12 assensisse: assense F    15 Hildebrando: Hildebrando  
F; Hildibrando W    23 autem *om.* F    24 causamque: cau-  
saque W    25 diligentia: iudicio C    27 correctus: correptus C  
32/33 Maurici: Martini X    36/37 solummodo: solomodo F



apostolice sedi et ore et corde profiteor de sacramentis dominice mense eam fidem tenere quam dominus et venerabilis papa Nicolaus et hec sancta synodus auctoritate evangelica et apostolica tenendam tradidit mihi que firmavit, scilicet panem et vinum, que in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum sed etiam verum corpus et sanguinem domini nostri Jesu Christi esse et sensualiter non solum in sacramento sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi et fidelium dentibus atteri iurans per sanctam et omousion trinitatem et per hec sacrosancta Christi evangelia. Eos vero qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus et sectatoribus suis eterno anathemate dignos esse pronuntio. Quodsi ego ipse aliquando contra hec sentire ac predicare presumpsero, canonum severitati subiaceam. Lecto et perlecto sponte subscripsi."

Formam autem huius iuramenti et anathematismi sancta ephesina synodus quibuslibet abdicandis heresibus capitulo decimoquinto prescripsit et de heresi infamatos non nisi per huiusmodi abdicationem heresis expurgari debere decrevit. Unde et a Beringerio talem receperunt satisfactionem.

Hanc iuratoriam professionem Beringerii dominus papa Nicolaus statim per diversa transmisit regna, ut omnes deo gratias agerent pro eius conversione, qui pridem multum scandalizati sunt de eius aversione. Sed Beringerius more suo ad proprium vomitum redire non timuit et ultra omnes hereticos romanos pontifices et sanctam romanam ecclesiam verbis et scriptis blasphemare presumpsit. Nempe sanctum Leonem papam non pontificem sed pompificem et pulpificem appellavit; sanctam romanam ecclesiam vanitatis concilium et ecclesiam malignantium, romanam sedem non apostolicam sed sedem sathane dictis et scriptis non timuit appellare. Sed et heresim suam post tot synodicas damnationes et abiurationes clanculo per discipulos suos usquequaque non cessavit disseminare et quoslibet incautos veneno sue hereseos inficere.

Unde venerabilis papa Alexander successor Nicolai pape litteris suis eum satis amice premonuit, ut a secta sua cessaret nec amplius sanctam ecclesiam scandalizaret. Ille autem

5 consecrationem: secrationem F 6/8 etiam ... sed. om. B  
6 etiam: et C 10 omousion: individuum X 16 anathematismi:  
anathematis ita C 19 debere om. X 20 et om. X 23 qui:  
quoniam C 31 et om. C 33 abiurationes: adiurationes C  
35 inficere: interficere X 37 suis om. C a secta: assecta W  
38 autem om. F

ab incepto desistere noluit hocque ipsum eidem apostolico litteris suis remandare non timuit.

Quapropter reverentissimus papa Gregorius successor Alexandri iterum eidem Beringerio audientiam in duabus synodis generalibus Rome concessit. Sed cum ipse sectam suam catholice fidei contrariam denegare non posset, iterum eandem sub iuramento abdicare et fidem catholicam profiteri delegit, sicut et in superioribus conciliis fecit.

Tot igitur conciliis beringerianam heresim dampnatam percepimus tum ex fidelium relatione virorum, qui eisdem conciliis interfuerunt, tum ex regestis romanorum pontificum tum ex scriptis religiosorum virorum, qui de his fidelissime scripserunt. Nam eadem concilia nostris temporibus scilicet infra quadraginta annos celebrata reperiuntur, quot anni ab exordio pontificatus sancti Leonis pape usque in presentem annum computantur, qui est ab incarnatione domini MLXXXVIII. Unde et adhuc multi vivunt, qui eisdem conciliis interfuerunt, qui et nobis de eisdem conciliis fidelissime testificati sunt. Ultime quoque generali synodo sub Gregorio papa septimo anno dominice incarnationis MLXXVIII nos ipsi interfuimus et vidimus, quod Beringerius in media synodo constitit et heresim suam de corpore domini, sicut supra diximus, coram omnibus prestito proprie manus sacramento abdicavit, videlicet sub presentia Gregorii pape, Heinrici aquileienseis patriarche et reverentissimorum episcoporum Petri albanensis, beati Anselmi lucensis, Landolfi de Pisa, Reinherii de Florentia, Ugonis diensis, Altmanni pataviensis et reliquorum centum quinquaginta episcoporum et abbatum et innumerabilium clericorum.

Horum igitur conciliorum tam generalium et apostolica auctoritate tam principaliter firmatorum sanctiones contra beringerianam heresim nobis sufficere debent, cum sancti patres etiam unius solius generalis concilii auctoritatem contra quamlibet heresim sufficere censerent, quod tamen concilium romanus pontifex non per se sed per suos lega-

29-pag. 92, 27 Cf. Guitmundus de Aversa, Libri tres de corporis et sanguinis Christi veritate in eucharistia, libr. 3; PL 149, 1438A—B

3 Gregorius: septimus *add.* C 5 concessit: successit B sectam: factam W 8 sicut: sic B et *om.* C 11 regestis: regestris X 13 eadem *om.* B scilicet: videlicet X; *om.* C 14 quot: quod FB 17 vivunt: inveniuntur B 22 suam *om.* C 23 prestito: prestitit F; *om.* C 25 aquileienseis: aquiligenseis W 26 lucensis *om.* X Landolfi: Landulfi C 27 Reinherii: Reingerii F; Reginherii C Ugonis: Hugonis BC Altmanni: Almanni FB 33 solius *om.* C

tos firmasset. Sic enim nicenum concilium contra Arrianos, constantinopolitanum contra Macedonianos, ephesinum contra Nestorianos, calcedonense contra Euticianistas sufficere statuerunt, quorum tamen nullum romani pontifices per se sed per legatos suos canonizaverunt. Multo magis ergo nobis plures synodi generales contra unam solam heresim sufficere debent, quibus ipsi romani pontifices interfuerunt et ipsas presentialiter apostolica auctoritate firmaverunt, presertim cum ipsi in tot synodis ab invicem non discrepaverint sed omnes unanimiter beringerianam heresim in diversis conciliis sub anathemate dampnaverint. Indubitanter sane cuilibet catholico, qui non omne quod credit rationibus comprehendere querit, ut fides habeat meritum, cui humana ratio non dat experimentum, illi inquam catholico tot generalia apostolice auctoritatis concilia contra hanc heresim sufficiunt, quia iuxta assertionem sancti Augustini omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui ecclesiam universalem in apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. Item Augustinus: Id autem sententia vocis asserere securum est, quod in gubernatione domini dei nostri et salvatoris Jesu Christi universalis ecclesie consensione roboratum est. Hoc utique quilibet catholicus simpliciter sapiens et sapienter simplex dum fideliter attendit, cavillationes hereticorum, quorum sermo ut cancer serpit, etiam audire contempnit, dum tantum ipse sit securus, quid credere debeat iuxta sanctorum patrum attestationem et universalis ecclesie consensionem.

Et nos quoque huiusmodi simplicibus in hac scedula satisfacere proposuimus, videlicet testimonia sanctorum patrum de veritate corporis dominici simpliciter proponentes et synodales beringeriane hereseos dampnationes fideliter subnectentes. Nec necessarium nobis videbatur, ut singulas Beringerii nenias enumeraremus et enumeratas singillatim annullaremus, presertim cum eruditissimi doctores Lantfrancus inquam et Christianus, ambo religione et eruditione

19-21 Cf. S. Augustinus, De baptismo contra Donatistas, libr. 7 cap. 53 n. 102; PL 43, 243A; CSEL 51, 373, 23-26 33 Cf. Lantfrancus, l. c., cap. 1; PL 150, 409C

4 tamen *om.* C 9 in tot: inter se F 10 omnes *om.* B 14 illi: illa C 17 partem *om.* C 19 autem: inquit *add.* C 24 cancer: canceri WB 25 debeat: debeant W 26 universalis: universalem C 28 scedula: secula W 33 nenias: venias W; *correctum in* PB singillatim: singulariter C; singulatim W 35 Christinus: Christianus C

christianissimi, non multo post episcopi, de his enucleatissime scripserint et singulas autenticis rationibus invictissime proscripserint. Illorum quippe libri etiam curiosissimis perquisitoribus sufficere possunt, ut singulas tergiversationes Beringerii deprehendant et quibus rationibus annullate sint, consequenter agnoscant. Non ergo necessarium fuit, ut nos illas iam aliquantulum sopitas et in eternum sopiendas enumerando suscitarem et post tot synodicas dampnationes iterum cum eis catholicorum aures offenderemus.

Hoc autem in fine scedule simplicioribus fratribus, nostris inquam similibus, fraterna premonitione suggerimus, ut diligentissime provideant, ne usquam heretice persuasioni contra catholicam et apostolicam fidem assentiant. Nam iuxta apostolum facientes et consentientes par pena complectitur; et iuxta beatum Gelasium omnes complices, sectatores et communicatores dampnate semel pravitate pari sorte censentur; et iuxta sanctum Ambrosium et alios sanctos patres quemlibet hereticum esse constat, quicumque in fidei doctrina a sancta romana ecclesia discordat. Est autem in superiori iuramento, quod apostolica et synodalis auctoritas firmavit et Beringerio ad satisfaciendum proposuit, satis breviter et distincte comprehensum vel in quo ipse erraverit vel quid sancta romana et universalis ecclesia credendum statuerit. Hoc ergo diligenter notare et notatum diligenter observare debemus, ut et nos dampnemus, quod ipsa dampnavit, et recipiamus, quod ipsa recepit, ne nos ipsi iure dampnemur, si vel heresi assentire vel a sancta romana ecclesia quoquomodo dissentire detegimur.

14 Cf. 2 Joh. 10 s.; 1 Cor. 5, 11 15-17 S. Gelasius, Epist. 27 cap. 3; edit. A. Thiel, Epistolae romanorum pontificum 424 17-19 Cf. Ps. Ambrosius, Epistola ad Demetriadem, cap. 7; PL 55, 167C — Etiam Bernhardus Constantiensis textum S. Ambrosio attribuit: Liber canonum contra Heinricum IV; MGH, Libri de lite I, 480, 10. — Forte Bernaldus textum etiam „aliis sanctis patribus“ attribuit, quia epistola et S. Hieronymo, S. Leoni, Prospero Aquit. adscribebatur. cf. O. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Literatur IV, 542; Rieberer, o. c. 90 s.

4 possunt: possint BP 6 Non: nos BP 10/11 nostris om. B  
 17 iuxta om. B 20 quod: et add. WB 22 distincte: districte F  
 24 notatum: notando X 25 et om. F 26 recepit: recipit C